
A
XL
IV
29


WELLCOME
LIBRARY
INSTITUTE

65939

REGIUM GENUENSE ARCHI-GYMNASIUM.

In DEI Nomine, qui est SAPIENTIA AETERNA, et AUGUSTISSIMI REGIS.

Nos Praeses, et Doctores Amplissimi Collegj omnibus, et singulis praesentes litteras, et hoc Doctoratus in privilegium inspecturis, salutem.

Publica haec studiorum Academia Genuensis, munere AUGUSTISSIMI REGIS, et LIGURIAE DUCIS honoribus, et privilegiis pro meritis amplissime decorata, quum sapienti consilio instituta, et firmata ita fuerit, ut ne quis honorificum Doc-

toris gradum in unaquaque disciplina obtinere possit, nisi prius jugi labore ingenuarum artium, solidaeque Doctrinae praecepta didicerit, id autem in primis pro rei dignitate in re

satis exploratum esse debeat, ne, quae Civium incolumitati prospicere debet consolatrix disciplina, hominum imperitia, vel fraude vertatur in funera.

Ornatissimus vero Vir

Domo

studiorum curriculo rite peracto, privatis, et publicis periculis sui nobis ingenij et doctrinae testimonia praestiterit, et postremo Thaeses de re

rite explicaverit, et publice propugnatas vindicaverit,

ut amplissimi Doctorum Collegj suffragia, et laudes meruerit.

Nos id circo ipsius votis annuentes auctoritate Pontificia ex Sixti iv. Papae Apostolico Indulto collata ab anno R. S. milesimo quadringentesimo septuagesimo primo, et Regia potestate, qua ad hoc fungimur, ex allato decreto Augustissimi Regis, sub die decima nona Aprilis, anno 1817, eidem

delato jure jurando a Regiis Legibus praescripto, Doctoratus honorem gratulantes impertimur, ac insuper privilegia, et jura dicti Doctoris gradus dignitate conjuncta lubenter conferimus.

Has inde litteras nostra manu signatas in publicum rei testimo-

nium dedimus; quas et jussimus a Cancellario Amplissimi Medicorum Collegj subscribi, et sigillo Universitatis muniri.

Datum Genuae, ex aula Academiae, die
Anno a Partu Virginis milesimo octingentesimo

PRIOR

ab actis

Lac

Vet. 2

$ 120

2 pepp.

V medium

